

213.



Disputatio V.

DE VI EXPULSIVA, TUR-
batiua, & inquietatiua,

QVAM,

A. C.

P R A E S I D E,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQUE VIRO, DN.

MENRICO BOCCERO, V. I. D. EXIMIO,

*& in celeberrima Tubingensium Academia Iuris Feudalis interprete
ordinario, Praeceptore & patrono suo summa fide
observantiaq, colendo,*

ORDINARI EXERCITII GRATIA,

horâ locoque consuetis, pro ingenij tenuitate
defendere conabitur

M. GEORGIVS THVMAS,

Stutgardianus.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium,

ANNO M. D. XCVIII.

P

Disputatio V.

DE VI ET VII SIVE DE ...

QVA M.

CLARISSIMO

CONSULTISSIMO VIRO D. M.


FRANCISCO ...

ORDINARI EXERCITII CRATIA

... ..

GEORGIO THOMA

Stygianum



Abus

... ..



56.

Disputatio V.

DE VI EXPULSIVA, TURBATIVA, & INQUIETATIVA.

THESIS I.



ACTENVS DE NOMINATIS delictis: innominata (a) modò sequuntur; vt sunt Vis, (b) metus iniectio, (c) dolus, (d) alienatio iudicij mutandi causa facta, (e) alienatio in fraudem creditorum facta, (f) alienatio facta in fraudem patroni, (g) corruptio albi Prætoris, (h) maioris summæ in libello actionis petitio, (i) vocatio in ius contra edictum, (k) exemptio violentæ eius, qui in ius vocatus est, (l) dolosa retentio eius, qui in ius vocatus est, (m) contemptus ius dicentis, (n) & iudicatio mala dolo facta, (o) de quibus speciebus ordine agemus, & primùm quidem hac Disputatione de Vi.

a) Non vt superiora quatuor delicta specifica habent nomina, vt furtum, rapina, damnum, iniuria, ita & hæc eiusmodi nomina habent; id quod maximè duo hæc delicta, Vis & dolus abundè arguunt. (b) Vim esse maleficium siue delictum patet ex l. 1. §. sed et si 14. ibi, in maleficio, & §. quod igitur, ibi, maleficij causa, & l. pen. in fin. ibi, quia ex ipso tempore delicti. ff. de Vi & Vi armat. Facit quod interdicitur vnde Vi est in personam l. cum à te 7. ff. d. r. Cuiac. lib. 24. Pauli ad Edictum, pag. 412. col. 2. Donel. lib. 15. Commentar. cap. 31. pag. 468. & pag. 474. lin. 5. (c) Metus quoq; iniectionem delictum esse, conuincitur ex l. vn. C. ex delict. defunct. & l. item 14. §. Quod si homo, ibi, propter facinus. ff. Quod met. caus. & scribit Donel. dict. lib. 15. cap. 38. pag. 508. (d) Cùm dolus pariat personalem actionem, §. pratoria, vers. in personam Inst. de Act. dubium non est, quin sit delictum; id quod tradit etiam Donel. dict. lib. 15. cap. 38. & cap. 40. (e) l. 4. §. fin. l. 5. 6. & 7. ff. de Alien. iud. mut. caus. fact. Donel. lib. 15. cap. 27. (f) Ex hac enim alienatione oritur actio in personam l. videamus 38. §. in Fauiana, iuncto pr. ff. de vsur. quæ actio cùm ex nullo alio obligatorio negotio nascatur, consequens est, esse eam ex delicto; quod sentit etiam Donel. ad §. item si quis in fraudem, num. 4. §. & 7. Inst. de Act. & lib. 15. Commentar. cap. 41. & lib. 24. cap. 17. (g) Quia ex hac etiam alienatione oritur actio in personam l. 1. §. hæc actio ff. Si quid in fraud.



fraud. patron. sequitur inde eam esse delictum; quod docet etiam Donel. ad d. §. item si quis in fraudem. n. 4. Inst. de Act. & lib. 15. cap. 31. (h) §. pœnales Inst. d. 1. l. si quis id 7. cum 2. leg. seqq. ff. de Iurisd. Donel. lib. 15. cap. 24. circa finem, pag. 451. (i) §. tripli, vbi Hotom. & Donel. Inst. de Act. idem Donel. lib. 15. cap. 27. pag. 456. vers. secunda species est. (k) dict. §. pœnales, vbi Donel. Inst. de Act. l. 2. l. 4. & l. pen. ff. de in Ius vocand. Donel. lib. 15. Comment. cap. 24. pag. 450. vers. Exitus iudicij. (l) dict. §. pœnales, vbi Donel. Inst. de Act. tot. tit. ff. Ne quis eum, qui in Ius voc. vi exim. Idem Donel. lib. 15. Commentar. cap. 27. pag. 456. vers. Tertia species. (m) tot. tit. ff. de eo, per quem fact. erit, quo min. quis in iud. sist. Donel. dict. cap. 27. pag. 457. vers. Quarta species. (n) l. vn. ff. si quis Ius dic. non obtemp. Duar. lib. 1. Disput. cap. 50. & Donel. d. lib. 15. cap. 24. in fin. (o) l. filiusfam. 15. ff. de Iudic. vide Donel. lib. 15. cap. 27. pag. 457. vers. Quinta species.

II.

Vis est delictum, (a) quo aliquis inuitus, (b) vel de possessione rei immobilis atrociter deicitur, (c) vel saltem in possessione immobilis, (d) aut mobilis (e) rei impeditur.

a) Vide fundamenta ad thesin i. sub lit. B. (b) l. 1. ff. Quod met. caus. l. nihil consensui 116. ff. de R. I. l. 5. ff. de vi & vi armata. (c) De hac vi, qua de rei immobilis possessione quis deicitur, est tit. ff. de vi & vi arm. & tit. Cod. vnde vi. & tit. Decretal. de restitut. spol. (d) De vi, qua quis in rei immobilis possessione impeditur, est tit. ff. Quod vi aut clam, & tit. ff. & Cod. vti possidetis. (e) De vi, qua quis impeditur in possessione rei mobilis, est l. vn. ff. vtrubi. & S. sed interdicto Inst. de interd.

III.

Primi generis vim, qua quis de possessione rei immobilis atrociter deicitur, Dd. expulsivam vim appellant; (a) circa quam duplex generalis inspectio incurrit; vna de ipsa violenta deiectione; altera de remedijs, quæ aduersus vim hanc iure constituta sunt.

a) Menoch. de recuper. poss. in preludijs, num. 39.

IV.

Ipsa violenta deiectio in his tribus posita est rebus: in persona deiecti, in re, vnde quis deicitur; & in deiciendi modo.

Donel. dict. lib. 15. Commentar. cap. 31. pag. 468. vers. Pertinet ergo.

V.

In persona deiecti hoc exigitur, vt possederit naturaliter vel civiliter,

27.

TURBATIVA, ET INQUIETATIVA. 3

uuliter, (a) iustè vel iniustè, (b) quando deijciatur; qui enim non possidet, deijci non dicitur. (c) Vnde dominus licèt ingredi possessionem rei suæ prohibeatur, deijci tamen inde non dicitur; (d) ut nec colonus ex fundo, nec inquilinus ex ædibus deijci dicitur. (e) Fructuarius tamen, deijci rectè dicitur, si uti frui per vim prohibeatur. (f)

a) l. 1. §. deijcitur, & §. eum qui neq. ff. de vi & vi arm. (b) l. 1. §. Qui à me. l. colonus 12. & l. cum fundum 18 ff. d. r. (c) d. l. 1. §. interdictum autem ff. eod. tit. (d) l. 1. §. eum qui, ff. b. r. (e) d. l. 1. §. Deniq. si maritus, & l. vlt. ff. d. r. Obstare videtur d. l. colonus. ut & d. l. cum fundum 18. ff. eod. tit. (f) l. 3. §. in id, & §. seq. ff. de vi & vi arm.

VI.

Nihil autem refert, corpore vel animo possideat, (a) possideat item per se, vel per alios, puta, seruos, procuratorem, colonum. (b)

a) d. l. 1. §. siue autem corpore 24. ff. b. r. (b) d. l. 1. §. quod seruus. 22 ff. eod. tit.

VII.

Ad rem quod attinet, is tantùm hîc per vim deijci dicitur, qui ex solo deijcitur, vel solo cohærentibus, veluti ex fundo aut ædibus; (a) non etiam qui de vehiculo trahitur, aut de naue vi pellitur, (b) vel de alia re mobili detruditur. (c) Nihil tamen interest, quales sint ædes, lignæ vel lapidæ. (d) Et si quis de superficiaria pulsetur infula, deijci hîc dicitur. (e)

a) l. 1. §. hoc interdictum. 3. ff. de vi & vi arm. (b) d. l. 1. §. si quis de naue 7. ff. d. r. (c) d. l. 1. §. illud viq. 6. ff. b. r. (d) d. l. 1. §. planè si quis de lignis. 8. ff. eod. tit. (e) d. l. 1. §. proinde. 5. ff. b. r.

VIII.

Modus siue ratio deijciendi hæc est, si quis inuitus possessione deijciatur. Nam qui alij possessionem tradidit, quamuis vi compulsus, in ea tamen causa est, ut hîc vi deiectus dici non possit.

l. si rerum 5. ff. eod. tit.

IX.

Inuitus autem tribus (a) modis quis deijcitur. Primus est, si cum ipse in fundo, aut ædibus esset, vi inde sit pulsus; ut si impulso corpore sit detrusus, vel ostentato ab aduersarijs armorum, aut turbæ metu, fugatus sit de possessione, & hanc illi confestim occuparint. (b)

P 3

a) Dd.

DE VI EXPULSIVA

a) Dd. nostri varios fingunt modos, quibus aliquem spoliari dicunt; Inter quos etiam hic est, si quis redditum vel censum annuum soluere detrectet, aut seruitia vel iura debita, puta, publicas pensitationes prestare recuset, Andr. Geil. lib. 2. obser. pract. obser. 75. n. 1. Adijciunt quoque his modis casum l. si coloni 14. C. de Agric. & censit. de qua Menoch. de recuper. poss. Remed. 10. Item casum l. vlt. C. de Prator. pig. de qua Menoch. dict. tract. Remed. 12. Tum etiam casum l. vlt. C. de Acquir. poss. de qua vide Menoch. de recuper. poss. Remed. 14. (b) l. 1. §. idem Labeo. 29. & l. 3. §. si quis autem, & §. seq. ff. h. t.

X.

Alter modus est, si quis cum de fundo aut de domo sua processisset, nemine ibi relicto, mox reuertens prohibitus sit ingredi; siue quod in itinere detentus est, siue quod occluso aditu prohibitus, siue quod possessione occupata, cum audisset illic armatos esse, territus non accessit. (a) Et ad hunc modum referendum putamus & illum, cuius absentis vacua possessio, sine iudiciali sententia ab aliquo occupata fuit. (b)

a) d. l. 1. §. siue autem 24. & §. vi possidere 28. & d. l. 3. §. si autem ff. eod. tit. Donell. lib. 15. Commentar. cap. 31. pag. 470. (b) Per l. vlt. vbi Donell. C. vnde vi. Proprie quidem vi deiectus dici non potest: verum, quia deiectioni violento similis est, qui vacuam possessionem absentis occupat, & q. vim faciat, siquidem interdicto vnde vi conueniatur, vt patet ex d. loco, ideoque & huc ipsum pertinere non absurde dicimus. Vide Menoch. de recuper. poss. Remed. 13. vbi agit de illa l. vlt.

XI.

Tertius est modus, si quis cum in fundo aut edificio sit, corpore quidem non deiciatur, sed retentus & vinctus, ab occupante possessionem, opus quoddam ibi facere cogatur. (a) Idem est, si quis non ipse, sed familia, per quam possidebat, retenta sit, & vincta opus facere iussa sit. (b)

a) d. l. 1. §. pen. ff. h. t. (b) d. l. 1. §. idem Viuianus 46. ff. d. t.

XII.

Ad deiciendi modum & illud pertinet, quod quis vel per se aliquem de possessione deicit, vel per alium; (a) qualis etiam est, qui deiectionem ab alio factam ratam habet. (b) Quod item quis deicitur vel per semetipsum, vel per alios: Per se, cum aut depellitur ipse de fundo, aut in fundum ingredi prohibetur, cum prius possideret:

58

TURBATIVA, ET INQUIETATIVA.

deret: Per alios, si hi, per quos possidebat, deiecti sint; ut si procurator meus, vel colonus, vel inquilinus deiecti fuerint. (c) Quod denique deijcitur aliquis vi armata, vel sine armis. (d)

a) l. 1. in pr. & §. ait Prator. 11. & 2. §§. seqq. l. 3. §. cum Procurator ff. de vi & vi arm. (b) d. l. 1. §. sed & si quod, & d. l. 3. §. cum Procurator ff. d. t. (c) d. l. 1. §. quod servus. 22. ff. eod. (d) l. 3. §. 2. & seqq. l. sed si 14. & ll. seqq. ff. d. t. l. momentaria §. C. vnde vi. Duar. lib. 1. disputat. cap. 20.

XIII.

Sequitur de remedijs, quæ aduersus hanc vim iure comparata sunt. Duo autem aduersus eam iure constituta sunt remedia; vnum propria definitur autoritate; alterum idoneis continetur iudicijs.

XIV.

Propria autoritate rectè possidenti, ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenet, inculpatæ tutelæ moderatione, vim etiam armis propulsare licet.

l. 1. §. vim vi repellere 24. & l. 3. §. eum igitur 9. ff. de vi & vi arm. & l. 1. vbi Donell. C. vnde vi. De moderatione inculpatæ tutelæ, vide Dn. Præsidis tractat. de iure belli & duelli, cap. 9. pag. 175. & seqq.

XV.

Neq; solùm resistere alicui permissum est, ne deijciatur, sed & si deiectus quis fuerit, eundem in continenti, non ex interuallo rursus deijcere licet.

d. l. 3. §. eum igitur 9. l. qui possessionem 17. ff. de vi & vi arm. Reichs abschied zu Nürnberg de anno 1522. pag. 150. facie. 2. vide Dn. Præsidis tractat. de bello & duello, lib. 2. cap. 8.

XVI.

Iudicia idonea, quibus vindicamus vim nobis illatam, & possessionem amissam recuperamus, alia edicto Prætoris, alia verò constitutionibus comparata sunt.

XVII.

Ex edicto Prætoris est interdictum vnde vi, quod recuperandæ possessionis interdictum dicitur, (a) ex cuius causa hodie utilis siue in factum actio competit; (b) quæ non in rem, sed in personam est actio, (c) & quidem pœnalis. (d)

a) d. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. est igitur ff. vti possid. §. Recupera-
randa

randa possessionis, Inst. de interd. (b) §. ult. Inst. d. t. l. 2. l. 4. C. vnde vi. (c) per l. cum à te 7. ff. de vi & vi arm. Donell. lib. 15. Commentar. cap. 31. pag. 473. in fin. & Cuiac. in lib. 4. Paul. ad edict. pag. 412. col. 2. (d) Quia fructus & omnis utilitas in hanc actionem venit, non ex tempore litis contestata, sed ex die, quo quis deiectus est l. 1. §. non solum 41. ff. de vi & vi arm. Item veniunt in hanc actionem etiam res aliena d. l. 1. §. quod autem 33. ff. d. t. tùm etiam res que ad deiectorẽ non peruenerunt d. l. 1. §. rectiss. 34. et l. pen. ff. d. t. vt proinde hinc pœnalis dici possit, Don. d. lib. 15. c. 81. pag. 472. vers. Ex his, & ad l. 3. & tres. seqq. n. 12. C. vnde vi.

XVIII.

Huius actionis natura in his locis spectatur; cui sc. detur, & aduersus quos; tum intra quod tempus; & cuius rei gratiã competat. Donel. ad l. 2. num. 1. in fin. C. vnde vi.

XIX.

Datur autem ei, qui vi possessione sua rei immobilis inuitus deiectus est; (a) & quidem ita, vt nec per alium quendam possessionem retinuerit. (b)

a) l. 1. §. 1. 3. 4. 5. 6. & seqq. ff. de vi & vi arm. l. 2. in pr. l. 4. in pr. l. inuasor. 5. ibi, si tamen vi loca eadem. C. vnde vi. Ad illustrandam hanc conclusionem confert thesis. 5. & aliquot seqq. cum fundamentis. (b) l. 1. §. non alij autem, 45. ff. de vi & vi arm. vbi pro qui possidet, legendum esse qui non possidet, existimas Donell. lib. 15. Commentar. cap. 31. pag. 470. vers. Nondum hæc. *vulgata l. 1. h. 1. e.*

XX.

Vnde colono & inquilino, vt qui non possident, (a) non competit, si de conducto prædio vel ædificio deiecti fuerint: (b) Fructuario tamen deiecto datur, (c) multò magis ergo Emphyteutzæ & Vasallo. (d)

a) §. possidere 5. Instit. de interd. & l. officium, 9. vers. deniq. ff. de rei vind. (b) d. l. 1. §. deicitur & l. ult. ff. de vi & vi arm. (c) l. 3. §. in id, & §. seq. d. t. (d) Menoch. de recuper. poss. Remed. 1. quest. 5.

XXI.

Quòd si tamen absentis domini possessio inuersa sit, & colonus, aut inquilinus, aut parens, aut propinquus, aut amicus, qui absentis loco possessionem tenuerunt, eius nomine hanc actionem aduersus deiectorem moueat, etiam sine mandato, & satisfactione de rato, admitteri

29.

mitti debet: Quinimò etiam seruus ipsius domini absentis audiri iubetur.

l. 1. vbi Donell. C. si per vim aut alio modo.

XXII.

Datur verò aduersus eum, qui ipse aut cuius familia deiecit, (a) etiam si non possideat; (b) vt si fundus ab hoste occupatus sit, aut domus igne consumpta, & res mobiles, quæ ibi erant, casibus fortuitis interierint: (c) Non autem contra eum, qui non deiecit, etiam si possideat. (d)

a) *l. 1. in pr. ff. de vi & vi arm. Quis autem ipse deicere dicatur, expositum est supra in thesi 12.* (b) *d. l. 1. §. ex interdicto 42. ff. d. t.* (c) *d. l. 1. §. rectissime 34. & l. pen. b. t.* (d) *l. cum à te 7. ff. eod. tit.*

XXIII.

Et quamuis familia nec iubente, nec mandante, nec ratum habente domino deiecerit, attamen hoc interdicto siue in factum actione dominus tenetur, de eo lucro, quod ex hoc delicto percepit; (a) Et si eius filius fam. aut mercenarius deiecerit aliquem, vtili interdicto conueniri poterit. (b) Quòd si nihil ad dominum ex hoc serui delicto peruenit, noxali actioni locus erit. (c)

a) *l. 1. in pr. §. ait Prætor. §. quod igitur, ff. de vi & vi arm.* (b) *d. l. 1. §. si filius fam. 20. ff. d. t.* (c) *d. l. 1. §. quod igitur, ff. b. t. & l. 1. ff. de noxal. act.*

XXIV.

Heredes quoq; deicientis, si quid ad eos ex hoc delicto peruenit, doloùe malo eorum factum sit, quo minus perueniret, conueniri hac in factum actione possunt.

l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de vi & vi arm. facit & l. in heredem, ff. de calumniatoribus.

XXV.

Datur autem hoc interdictum siue in factum actio intra annum, & eum vtilem, (a) id est, intra trecentos & sexaginta quinque dies, (b) quibus actor experiundi cum aduersario potestatem habet. (c) Quæ tamen ad inuasorem ex hoc delicto peruenerunt, horum nomine perpetua hæc est actio. (d) Est etiam perpetua, si absente domino interuersa sit possessio. (e)

a) *l. 1. in pr. & §. annus, ff. de vi & vi arm. & l. 2. C. vnde vi* (b) *l. anniculus*

Q

niculus non statim, 134. ff. de V. S. (c) l. 1. ff. de diuers. & temp. præscr. l. 1. in fin. ff. Ex quib. caus. maior. l. vlt. in fin. C. de tempor. in integr. restitut. l. 4. ff. de vi bon. raptor. l. 1. ff. de incend. ruin. naufr. (d) l. 1. in pr. l. 3. §. in id. ff. de vi & vi armat. (e) l. 1. vers. cui tamen, & vers. seq. vbi Donell. C. si per vim vel alio modo.

XXVI.

Videamus cuius rei gratiâ hæc actio competat. Et quia recuperandæ possessionis interdictum est, competit ad restitutionem eius, quod deiectus amisit. Tria autem hac restitutione continentur. Primum res soli, vnde quis deiectus est, puta, fundus vel ædificium.

§. recuperandæ, Inst. de interdict.

XXVII.

Secundò res omnes mobiles, quas, qui deiectus est, ibi habuit, cum deieceretur, (a) non solum propriæ, sed & alienæ, vt res illæ, quæ ei iusta aliqua causa traditæ erant, puta, res commodatæ, pignoratæ, locatæ, depositæ. (b) Et licet quid casu amiserit inuasor, attamen in hac restitutionem & pretium illius venit, mora sc. prædonis obligationem aduersus eum perpetuante: (c) cum & aliâs debitæ rei interitus, si post moram debitoris ea perierit, ad ipsum debitorem non creditorem pertineat. (d)

a) l. 1. in pr. & §. ibi autem 37. & §. seq. ff. de vi & vi arm. (b) d. l. 1. §. quod autem 33. ff. d. t. (c) d. l. 1. §. rectissime, 34. & l. pen. ff. h. t. l. in re §. 1. l. vlt. ff. de Condict. furt. (d) l. si seruum 91. §. sequitur. l. si ex legati 23. & l. nemo. 82. §. 1. ff. de V. O. l. quod te 5. ff. de reb. cred.

XXVIII.

Si fundus aut ædificium, à quo vi expulsus sum, mihi restituitur, cæteræ verò res, quæ vi ablatae sunt, non restituantur, dicendū est, interdictum siue actionem in factum nihilominus tenere: quia verum est, vi me esse deiectum. Planè si quis velit de possessione quidem rei soli per hanc actionem experiri, de rebus verò mobilibus ad exhibendum, vel vi bonorum raptorum actione, potest hoc suo arbitrio habere.

d. l. 1. §. si fundus, 32. h. t.

XXIX.

Cæterum cum omnia sint deiecto restituenda, quæ ibi fuerunt, vnde deiectus est, quæritur, quomodo probari possit, quæ res ibi fuerint?

Pr.

rint? Et quia aut nulla aut certè difficilis fuerit hæc probatio, iccirca Zenoniana constitutione cautum est, vt deiecto & de numero earum rerum, & de æstimatione affirmanti iurato fides habeatur, iudice prius ei quantitatem taxante, pro personarum & negotij qualitate, vltra quam taxationem iurare non liceat: (a) quod iusiurandum tamen contra deiectoris heredes non præstatur. (b)

a) *l. si quando, 9. vbi Donell. C. vnde vi. & c. vlt. extra. quod met. caus.*
 (b) *l. 1. 2. 4. C. de in lit. iur. vbi Cuiac. in Paratit. l. 4. §. 1. ff. de fideius. tutor. l. omnes pœnales. 26. l. constitutionibus. 33. l. sciendum. 58. ff. de Oblig. & Act. Mynsing. Respons. 21. n. 89. & cent. 4. obser. 12.*

XXX.

Tertiùm quod continetur hac restitutione, positum est in accessionibus prædictarum rerum; vt sunt tum fructus ex eo tempore computandi, quo quis vi deiectus est, (a) & non solum percepti, licet inhonestè, (b) sed etiam quos deiectus (c) percipere honestè (d) potuisset: tum etiam omnis vtilitas, quæ ad eum, qui deiectus est, venire potuisset, (e) quam vtilitatem Paulus Iurisconsultus id quod interest appellat. (f)

a) *d. l. 1. §. ex die quo quis, 40. ff. de vi & vi arm. Andr. Geil. dict. lib. 2. obseru. 75. n. 7. & seqq.* (b) *l. ancillarum 27. in fin. ff. de petit. hered.* (c) *l. 4. C. vnde vi. & l. si nauis 62. §. vlt. ff. de Rei vind.* (d) *l. fructus, 33. ff. d. t. l. generaliter, 5. ff. de vsur.* (e) *d. l. 1. §. non solum. ff. de vi & vi arm. l. restituere. 35. ff. de verb. signif.* (f) *in l. in interdicto 6. & l. si vi 15. ff. d. t. Donell. lib. 15. Comment. cap. 31. pag. 472, lin. 30. & seqq.*

XXXI.

Sed an is, qui hoc interdico, siue actione vtili conuenitur, vlla exceptione & defensione tueri se possit, quo minus possessionem restituat, quæri potest? Et placet, nulla eum vti posse, etiam si vi, clam, aut precario possederit actor, etiam ab ipso deiectore, sed ante omnia spoliatum esse restituendum.

§. Recuperanda, Inst. de interdico. & l. momentaria 8. vbi Donell. C. vnde vi. l. 1. §. qui à me 30. l. sed si vi armata. 14. ff. de vi & vi arm. c. in literis, cum 2. capp. seqq. extra. de restitut. spoliat. c. redintegranda, 3. quest. 1. Andr. Geil. lib. 2. obseru. pract. 75. n. 2. & seqq. & obseru. 76. Donel. lib. 15. Commerar. cap. 31. pag. 473.

Q 2

Quòd

XXXII.

Quòd si tamen spoliator exceptionem dominiij spoliato obijciat, & hic in eam consentiat, (a) etiam tacitè, non replicando sc. contra exceptionem, (b) inquirenda veritas de hac exceptione erit; vt & si spontaneæ renunciationis exceptio opponatur. (c)

a) *c. 1. ext. de restitut. spoliat. Menoch. de recuper. poss. remed. 1. quest. 15.*
 (b) *Vt enim actio non excluditur, nisi opponatur exceptio, ita nec excluditur exceptio, nisi opponatur replicatio, per l. 2. ff. de except. Bart. ad l. si quis ad se fundum, n. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. & priu. Menoch. dict. quest. 15. (c) c. 2. & 3. & ibi Dd. extra. de Restitut. spoliator. Menoch. dict. Remed. 1. quest. 27.*

XXXIII.

Succedunt iudicia, quæ constitutionibus aduersus violentos possessores comparata sunt. Ex constitutione Valentin. Theodos. & Arcad. Imppp. est condictio ex lege aduersus eum, qui ante aduentum iudicialis arbitrij violenter possessionem inuasit; cuius pœna est amissio dominiij, si rem propriam vi occupauit, vel præstatio æstimationis corporis rei occupatæ, præter damnum actionis, si rem alienam inuasit.

a) *l. si quis in tantam. 7. vbi Donell. C. vnde vi. §. Ita tamen. vers. vlt. Inst. de vi bon. rapt. latè Menoch. de recuper. poss. Remed. 9. per tot.*

XXXIV.

Sed hæc actio, cum ei soli detur, qui possessione deiectus est, (a) certè depositario à depositore, commodatario à commodatore, inquilino vel colono à locatore deiectis non competit. (b) Sed an fructuario contra proprietarium, si ab hac deiectus fuerit, concedatur, controuersa est quæstio? (c) Negata sententia veritati propior nobis videtur. (d)

a) *d. l. si quis in tantam 7. ibi, qui inuasit possessionem, & ibi Donel. n. 3. C. vnde vi.* (b) *Depositarius enim, commodatarius, inquilinus, & colonus non possident. l. officium 9. vers. deniq. ff. de rei vindic.* (c) *Vide Menoch. dict. Remed. 9. n. 297. & seqq.* (d) *Tum quia fructuarius non possidet, sed proprietarius possidet fructuarium prædium. §. idem placet, Instit. per quas pers. cuiq. adquir. l. sciendum §. Eum verò, ff. Quis satisd. cog. Tum quia d. l. si quis in tantam. 7. C. vnde vi. non modò noua, sed & pœnalis est, vnde strictè accipienda. Atq. hanc sententiam tenet Donel. ad dict. l. 7. C. d. t. num. 3. sed obstare videtur, quod fructuario*

Fructuario competit interdictum unde vi. l. 3. §. unde vi ff. de vi & vi arm. Quod item fructuarius naturaliter possidere dicitur, in l. naturaliter 12. ff. de acquir. vel amitt. poss.

XXXV.

Non permittitur etiam hæc actio illi, qui servitute sibi constituta uti prohibetur à domino prædij.

Tum quia res incorporalis, ut est servitus, non possidetur l. servus 43. §. incorporales, ff. de acquir. rer. dom. l. 3. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. sed quasi possidetur servitus, l. ait Prætor. 23. §. item ei, ff. ex quib. caus. maior. Tum quia dominus prohibens usum servitutis, nihil occupatum sibi tenet, Donel. ad dict. l. si quis 7. num. 4. C. unde vi. Vide quoque Menoch. dict. Remed. 9. num. 268. & seqq.

XXXVI.

Quòd si conductor prædium conductum, vel qui precario fundum, aut domum tenet, eum fundum vel domum reposcenti domino reddere sine iusta causa recuset, & in ea recusatione usque ad sententiam perseveraverit, conditione ex lege Zenoniana conveniri potest, qua æstimationem victrici parti, unâ cum ipsa re præbere compellitur.

l. pen. vbi Donel. C. unde vi. Vide Menoch. de Recup. poss. Remed. 11. per tot. Non quidem ex vi propria hæc est actio, sed ex quasi vi.

XXXVII.

Non omittendum est hoc loco, quod is, qui rem sibi debitam sine vi, sua tamen autoritate, non conventis & consentientibus ijs, ad quos ea res pertinet, occupavit, ius crediti amittit; etiam si in ea causa aut rescripto Principis utatur, aut alicuius Iudicis sententia. Quodque tutores aut curatores minorum, si rem minoribus debitam eodem modo occuparint, collusionem cum adversarijs interposita, ut eo facto minores iure suo interciderent, deportantur, & simul eorum bona publicantur, indemnitate minoribus servata, qui tamen possessionem ablatam restituere iubentur.

l. meminere 6. vbi Donel. C. unde vi. Menoch. de recuper. poss. Remed. 8. per tot.

XXXVIII.

Sed nec illud hîc ignorandum, quod deiector, siue spoliator violent-

violentus etiã iudicio publico, ex lege Iulia de vi publica, vel priuata, pulsari potest.

l. 4. C. vnde vi, §. qui autem aliquem, Inst. de interdict. §. item lex Iulia de vi publica, Inst. de pub. iud. & tot. tit. Cod. ad l. Iul. de vi publ. & priu. & tot. tit. ff. ad l. Iul. de vi publ. & tot. tit. ad l. Iul. de vi priu.

XXXIX.

Neque illud hîc prætereundum, quod Iure nouissimo deiiciens alicuem armata manu, hominibus coactis, de possessione, vel quasi possessione, ex constitutionibus Imppp. Maximiliani I. & Caroli V. item Ferdinandi, & Maximiliani II. ipso facto incidit etiam in pœnam pacis publicæ, quæ est bannum Imperij.

Reichs Abschied zu Wormbs de anno 1495. pag. 24. & seqq. zu Augspurg de anno 1500. pag. 46. & seqq. zu Wormbs de anno 1521. pag. 131. & seqq. zu Nürnberg de anno 1522. pag. 146. & seqq. zu Augspurg de anno 1548. pag. 43. & seqq. de quibus Andr. Geil. lib. 1. & 2. de pace publica.

XL.

Hactenus de vi, qua quis de possessione atrociter deiicitur: Sequitur modò de vi, qua quis in possessione, quam retinet, duntaxat impeditur. Eius genera duo sunt; vnum, quo quis non finit possidentem eo, quod possidet, suo arbitrio & liberè uti: (a) Canonicum Ius, (b) & Dd. (c) vim turbatiuam appellant: Alterum genus est, quo quis alij in eius possessione opere facto molestus est: (d) Canones, (e) & Dd. (f) vim inquietatiuam vocitant; cùm tamen & prior illa vis inquietatiua dici, posset. (g)

a) *l. vim facit 11. ff. de vi & vi arm. quæ lex pertinet ad tit. ff. vti possid. vt ostendit Donsel. lib. 15. Commentar. cap. 32. pag. 477. & de hac vi est l. sicut 8. §. Aristo, vers. vlt. ff. si seru. vind. l. 1. §. 4. & tot. tit. ff. & C. vti possid. (b) c. licet, vers. cùm ergo, ibi, à vi turbatiua, extra. de probat. (c) Menoch. de Recuper. poss. in prelud. num. 42. (d) de hac vi est tot. tit. ff. Quod vi aut clam (e) dict. c. licet, vers. cùm ergo, ibi, vel inquietatiua, extra. de probat. (f) Menoch. dict. loco num. 43. (g) per l. vn. in fin. ibi, inquietaretur, ff. vtrubi.*

XLI.

Prioris generis vis obijcitur alicui, vel in possessione rei soli, (a) vel in rei mobilis possessione, (b) vel in possessione superficij, (c) vel

vel in quasi possessione seruitutis rusticæ. (d) Cuiusmodi vis omnis rectè etiam inter maleficia numeratur. (e)

a) l. 1. §. 1. & §. pen. & tot. tit. ff. & C. uti possid. (b) l. vn. ff. ut rubi.
(c) tot. tit. ff. de superfic. (d) tot. tit. ff. de itin. actus priuat. & aliquot tit. seqq.
(e) vide Donel. lib. 15. Commentar. cap. 32. in fin. & cap. seq. in fin.

XLII.

Quæ vis obijcitur alicui in possessione rei soli, duos tractatus recipit; vnum de modis, quibus alicui infertur; alterum de actione, qua quis contra hanc vim se tueri potest.

XLIII.

Duobus autem modis obijcitur alicui hæc vis: sola scil. possessionis inficiatione; aut liberæ possessionis prohibitione.

Donell. ad l. vn. n. 10. C. uti possid. & lib. 15. Commentar. cap. 32. pag. 477. vers. obijcitur.

XLIV.

Sola possessionis inficiatione, cum in controuersia proprietatis aliquis se possessorem dicit, & ita non patitur aduersarium commodo possessionis in ea causa frui.

l. 1. §. 2. huius autem, & §. seq. ff. uti possid. §. Retinendæ. Inst. de interd. Lanfranc. ad Rubr. extra. de caus. poss. & propr. vers. Nunc est transeundum. n. 28. & 19. pag. 500.

XLV.

Liberæ possessionis prohibitione obijcitur vis dupliciter; Primum cum quis possessorem in suo prohibet quid facere eorum, quæ quiuis dñs in sua re potest facere; puta, serere, arare, ædificare, quid reficere: (a) Deinde cum quis in re aliena instituit ipse quid facere, possessore inuito. (b)

a) d. l. vim facit 11. ff. de vi & vi arm. & l. 3. §. 2. hoc interdictum, ff. uti possid. Menoch. de Retinend. poss. Remed. 3. n. 36. (b) l. sicut 8. §. Aristo. in pr. & vers. sed & interdictum, ff. si seru. vind. Donel. ad dict. l. vn. n. 10. C. uti possid. & d. lib. 15. cap. 32, pag. 477. & seq.

XLVI.

Actio, qua quis contra hanc vim se tuetur, est interdictum
uti

vti possidetis, (a) siue utilis actio ex causa huius interdicti: (b) qua vincit is, qui tempore litis contestatæ possidet, (c) & maximè Iure Canonico, qui antiquiorem possessionem probat. (d) Circa hanc actionem spectamus, tum cui, & aduersus quem detur: tum ad quid constituta sit.

a) tot. tit. ff. & C. vti possid. (b) §. vlt. Inst. de interd. (c) §. sed interdicto, vers. hodiè tamen, Inst. d. t. (d) c. licèt causam, extra de probat. Menoch. post alios, de retin. poss. remed. 3. n. 725. & seqq.

XLVII.

Competit autem hoc interdictum illi, qui naturaliter vel ciuilitate (a) possidet rem soli; (b) siue possideat vt dominus, siue vt fructuarius, vel vsuarius, (c) aut habitator. (d)

a) l. 1. in pr. §. est igitur, & §. pen. ff. vti possid. (b) l. 1. §. 1. & §. pen. ff. vti possid. & l. vn. §. 1. ff. vrubi. & §. sed interdicto. Inst. de interdict. (c) l. vlt. ff. vti possid. (d) l. Aquilius. 27. ff. de donat. Cuiac. ad l. 4. §. si viam. ff. de vsurpat. & vsucap.

XLVIII.

Idem de Vasallo, (a) Emphyteuta, (b) sequestro, (c) & creditore, (d) qui in possessione fundi feudalis, emphyteutici, sequestrarij, pignoratitij turbantur, affirmamus: (e) vt & de eo, qui molestatur in possessione prædij, quod precario possidet. (f)

a) Verè enim possidet Vasallus, tit. 8. §. rei autem, & §. vlt. lib. 2. Feud. (b) Hic similiter verè possidet l. pen. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. si cum venditor 66. ff. de euict. l. 1. l. 4. C. de collat. fundor. patrim. l. 1. C. de mancip. & colon. patrim. l. 2. C. de omni agr. deserto. l. ius 11. C. de fund. patr. l. possessores 12. C. d. 8. lib. 11. l. lex vectigali 31. ff. de pign. & hypoth. l. 1. in fin. ff. si ag. vectig. Borcholt de acquir. & amitt. poss. cap. 2. n. 13. pag. 63. fac. 2. (c) Quoniam & hic verè possidet, cum apud eum possessio deposita est, l. interesse 39. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. licèt 17. §. 1. ff. de pos. (d) Itidem & hic possidet verè, l. si de eo 40. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. pignori 13. ff. de vsurpat. & vsucap. (e) Tum exemplo vsufructuarij & vsuarij, quibus datur hoc interdictum l. vlt. ff. vti possid. tum quia hoc interdictum datur omni illi, qui rem soli possidet, d. l. 1. §. 1. & §. pen. ff. d. t. Menoch. post alios de his omnibus idem tradit, tractat. de Retinend. poss. Remed. 3. n. 81. & seq. vbi de Vasallo agit; num. 84. & seq. vbi differit de Emphyteuta, n. 93. & seq. vbi scribit de sequestro, n. 60. & seq. vbi tractat de creditore

ditore pignus possidente. Cuiac. quoq; de feudatario & emphyteuticario scribit, quod & his dandum sit interdictum, in parat. ff. de superfic. (f) per tex. in l. qui precario. 17. ff. de precario.

XLIX.

Ei tamen, qui vi, aut clam, aut precario possidet ab illo, à quo turbatur, non tribuitur: si ab alio hoc possideat modo, quàm à quo turbatur, poterit hoc mouere interdictum.

l. 1. in prin. S. perpetuo, & S. vlt. ff. vti possid. l. vn. C. eod. tit. S. sed interdico, Inst. de interdico.

L.

Non conceditur etiam hoc interdictum, qui superficiem possidet, (a) licet Donellus aliter sentiat, (b) vt & Cuiacius. (c)

a) l. 3. S. sed si supra, vers. ceterum, ff. vti possid. & l. 1. S. proponitur, ff. de superfic. (b) lib. 15. Commentar. cap. 32. pag. 476. vers. Etiam hoc loco. (c) ad l. 2. ff. de seruitur. pag. 176. in prin.

LI.

Quæritur de eo, qui in seruitutis suæ rusticæ quasi possessione inquietatur, an huic saltem vtile hoc interdictum competat? Negamus. (a) Negamus idem de eo, qui in q. possessione seruitutis urbanæ turbatur ab aliquo. (b)

a) Cui speciale tribuitur interdictum, ei denegatur hoc vti possidetis interdictum l. 3. S. sed si supra, vers. ceterum, ff. vti possid. At q. possessori seruitutis rusticæ specialia conceduntur interdicta, tit. ff. de itin. act. priu. & aliquot tit. seqq. Ergo & c. Idq; sentiunt etiam Menoch. de Retin. poss. Remed. 3. n. 109. & seqq. Donell. ad l. vn. n. 14. C. vti possid. Cuiac. ad l. 4. S. si viam. ff. de vsucap. VVesenbec. in paratit. ff. vti possid. n. 5. Boccatus à Cingulo, in tract. de interdico. vti possid. cap. 1. n. 6. & cap. 8. n. 3. Atq; hanc negatam sententiam probârunt Adsesores suprema Curia VVirttembergica in causa Appellationis von Calw/anno & c. 94. 12. & 13. Decemb. Dissentit præter alios Duar. ad tit. ff. vti possid. per l. quotiens 20. S. vlt. ff. de seru. cui consenare videtur l. sicut 8. S. Aristo, ff. si seru. vind.

(b) Tum quia superuacuum est hoc interdictum de hac seruitutè, vt de qua petitorio experiri possumus, etiamsi non possideamus, l. & si fortè 6. S. 1. ff. si seru. vind. & in qua tertius aliquis nullam possessionem sibi vindicare potest, siquidem eius quasi possessio illius tantum sit, qui ipsam domum, cui debetur, possidet. l. 1.

R

in pr.

in pr. l. ades mea 38. ff. de seru. prad. urban. l. 4. in fin. l. 5. l. 6. ff. si seru. vind. l. si quis ades 6. in fin. princ. l. in tradendis 7. §. 1. ff. com. prad. in tantum, ut nec locari alij possit, l. locare 44 ff. Locati. Tum quia natura ostendit, vter sit huius seruitutis q. possessor. d. l. & si forte 6. §. 1. l. sicut 8. §. sed si quaritur, ff. si seru. vind. consentit etiam Donell. ad l. vn. n. 14. C. vti possid. Dissentit post alios Menoch. de Retin. poss. Rem. 3. n. 103. & seqq. & n. 138. Marant. distinct. 7. n. 20. & Cuiac. in Paratit. ff. de fonte.

LII.

Anceps item quaestio est, de quasi possessione Iurisdictionis: Nos pro hac quoque interdictū vti possidetis, etiam vtile, Iure civili comparatum esse negamus. (a) Idem nobis iudicium est de quasi possessione Iuris percipiendi decimas ex fundis alienis, (b) aut vtiligal vel alios redditus annuos. (c) Quamuis pro tuenda omnium praedictorum Iurium quasi possessione, & communia Dd. (d) vota, & praxis ipsa, (e) interdictum vti possidetis reddat, non etiam si praestationes sint personales. (f)

a) Tum quia hoc interdictum ei tantum competit, qui rem soli possidet, non alij l. 1. §. 1. & §. pen. ff. vti possidetis. Neg, vsquam in iure nostro quasi possessori iuris alicuius tribuitur; vnde haud facile dicendum, huic quoque concedi, per l. 5. in pr. ff. de probat. Tum quia difficulter usufructuario & vsuario tributum est à iure, quamuis hi possideant praedium fructuarium vel vsuarium l. vlt. ibi, puto dicendum. ff. vti possid. Tum quia, si iura vtile interdictum vti possidetis largiri alicui voluissent, certe tribuissent illud possessori rei mobilis, & non concessissent huic speciale interdictum vtrubi; quippe cum hodie in nullo alio discrepet hoc interdictum ab illo, quam quod illud de re soli, hoc vtrubi interdictum de re mobili competit. §. sed interdicto, vers. Hodie tamen, Inst. de interdict. tribuissent idem etiam interdictum possessori superficies, neg, speciale inuenissent interdictum de superficie: quippe cum hoc interdictum plane simile sit interdicto vti possidetis, & eius exemplo introductum dicatur, in l. 1. §. proponitur ff. de superfi. Tum postremo quia iurisdictionis illi soli competit, qui magistratum in loco gerit, aut cui ea nominatim est concessa. l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. 5. l. cum 13. §. 1. ff. de iurisd. ut proinde frustra hoc interdictum, quo disquiritur, vter ex duobus possideat, de ipsa quasi possessione iurisdictionis reddatur inter duos. Et licet contentio sit de iurisdictione, qua non persona, sed ipsi loco cohaeret; attamen separatim neg, de hac iurisdictione interdictum vti possidetis redditur, quippe cum ille solus magistratus iurisdictionis

iurisdictionem eam possidere dicatur, cui locus ille subiectus est, c. licet, extra. de probat. ut iccirco neq; hoc casu opus sit interdicto uti possidetis. Aut ergo interdictum, uti possidetis, reddendum est de ipsius loci possessione siue subiectione, si de ea inter aliquos contentio sit, d. c. licet, extra. de probat. aut si constet, cuius sit magistratus possessio illius loci, & illi quispiam de iurisdictione litem moueat, non possessorio, sed petitorio agendum erit, quo docebit aduersarius, qui eius loci iurisdictionem sibi vendicat, ad se eam pertinere, etiamsi aduersa pars magistratum ibidem gerat: quod petitorium, ut Dd. volunt, est vtilis confessoria actio, Petr. Iacob. Aurel. in Aur. pract. libellor. Rubr. 12. n. 8. & 9. Emanuel Soarez in thesauro receptar. senten. in verb. actio confessoria. n. 52. Br. ad l. si Publicanus, § in omnibus, n. 3. & ibi in addit. ff. de Publican. & vectig. Satis superq; igitur ex praedictis patet, hoc uti possidetis interdictum, nec vtile quidem, de iurisdictione competere. Id quod sentit etiam Donell. ad l. vn. n. 15. C. uti possidetis. (b) Per rationes tres priores ad lit. A. adductas; quibus & hac addit ratio potest, quod ius percipiendi decimas non habet certam continuamq; possessionem; quippe cum non continenter, sed in anno tantum semel decimae percipiuntur: sicuti seruitutum praediorum rusticorum possessio certa & continua non est, siquidem non perpetuo & continenter quispiam illis utatur, l. seruitutes. 14. in pr. ff. de seruitut. interdicto autem uti possidetis experiri efficaciter qui vult, litis contestata tempore certo possidere debet, §. sed interdicto. vers. vlt. Inst. de interdict. Accedit huc, quod si Iuri Canonico inherere velimus, & dicere eum hoc interdicto vincere, qui antiquiorem & certiore possessionem habet, c. licet. ext. de probat. mehercule palam est & certum, possidere hunc, qui superioribus annis, & anno praesenti decimas percepit. Cum itaq; constet, vter possideat, nihil hoc interdicto opus est, ut quod ideo redditur, ut manifestum fiat, vter possideat, §. Retinenda. Inst. de interdict. l. 1. §. 2. & seqq. ff. uti possid. Deniq; confirmat hoc thema nostrum, quod interdictum uti possidetis, non modo possessionem rei soli desiderat, sed & possessionem rei, quae possideri potest. l. 1. §. pen. in fin. ff. uti possid. sed ius percipiendi decimas, siquidem ius sit, & res incorporalis, possideri non potest. l. 3. in pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. (c) per fundamenta tria priora ad lit. A. prius posita, & eas rationes, quas modo ad lit. B. adieci. Sentit idem Donell. ad l. vn. n. 15. C. uti possid. (d) vide Ferrar. in forma libelli de turbata poss. in verb. coram vobis. n. 3. Menoch. de Retined. poss. Remed. 3. n. 107. & seq. n. 115. n. 134. & seq. n. 137. & seq. & Ioan. Schneidevui ad §. Retinenda. Inst. de interdict. cap. de interdicto uti possidetis. n. 19. & 25. (e) vide prauidicia in sententijs Camerae Imperialis part. 2. pag. 434. (f) in a communiter, & recte sentiunt Dd. quos sequitur Menoch. dict. Remed. 3. num. 139. & seq.

R 2

Non

LIII.

Non item vtuntur hoc interdicto creditores, qui vel rei seruandæ, vel custodiæ causa in possessionem missi sunt, eò scilicet, quod non possident.

l. 3. §. creditores, ff. vti possidetis.

LIV.

Redditur autem hoc interdictum aduersus eum, qui possessionis controuersiam alicui facit, sed ita, si hic non possideat, aut possideat ab aduersario vi, clam, aut precario.

l. 1. §. vlt. l. 3. §. hoc interdictum, & §§. seqq. ff. vti possid. & §. sed interdicto, Inst. de interdict.

LV.

Constitutata verò hæc actio siue interdictum est, duarum rerum gratiâ: vna & præcipua hæc est, vt possessio retineatur; vnde retinendæ possessionis interdictum appellatur; (a) altera, vt aduersarius, qui vim facit, quò minus possideamus, damnetur in id, quod nostra interest, nobis vim factam non esse; (b) eiusq; nomine competit hoc interdictum intra annum utilem, ex quo vis fieri possidentis cepit. (c)

a) *l. 1. §. 1. & §. est igitur, ff. vti possid. & §. Retinenda Inst. de interdict.*
 (b) *l. 1. in prin. ibi, neq; pluris quàm quanti res erit, & l. 3. §. vlt. ff. vti possid.*
 (c) *l. 1. in pr. ff. d. t. Donell. ad l. vn. n. 17. C. vti possid. & lib. 15. Commentar. cap. 32. pag. 478. lin. 46. & seqq. vbi respondet ad l. in honorarijs. ff. de Oblig. & Act.*

LVI.

Vnde qui hoc interdicto agit, posteaquam narrauit possidere se rem soli, & in ea sibi controuersiam & vim fieri ab aduersario, (a) petit à Iudice declarari se possessorem, sibiq; condemnari aduersarium, vt is tùm desistat à turbatione illa, tùm præstet, quanti sua interest quietam retinuisse possessionem, in quo continentur fructus & damna. (b)

a) *Hæc duo narratio libelli continere debet, Lanfranc. ad Rubr. ext. de caus. possess. & propriet. vers. Nunc est transeundum, n. 1. pag. 495. Ioan. Schneid. ad §. Retinenda, Inst. de interd. cap. De interdicto vti possidetis, n. 70. 71. 72.*

& 73.

TURBATIVA, ET INQUIETATIVA.

19

Q5:

& 73. (b) Lanfranc. dict. loco n. 2. Ferrar. in forma libelli pro turbata possessione, ad verb. ad cessandum & desistendum, n. 1. & Schneid. dict. c. de interdicto uti possidetis, n. 77. Donell. ad l. vn. n. 21. C. uti possid.

LVII.

Interpretes & receptus usus ostendunt, illud quoque interdicto uti possidetis contineri, ut aduersarius satisfactionem actori præstet, de non turbando in futurum.

Bart. ad l. vn. C. uti possid. Lanfranc. d. loc. n. 2. Ferrar. d. n. 1. & Ioan. Schneid. dict. n. 77. Duar. lib. 1. disput. c. 21. & Andr. Geil. lib. 1. obseru. pract. obseru. 116. per tex. in l. vn. C. uti possidetis. Vide sententias Camera Imperialis part. 2. pag. 434.

LVIII.

Verum hanc sententiam à theorica veritate alienam esse, Cuiacius (a) & Donellus (b) rectè adserunt.

a) ad tit. 11. de satisf. lib. 1. sentent. Paul. (b) ad l. vn. n. 20. C. uti possid.

LIX.

Quod attinet officium Iudicis in hoc interdicto, posteaquam actor possessionem & turbationem probauit, (a) incumbit ipsi Iudici, ut actorem declarat possessorem: (b) reum item condemnet, ne in futurum possidenti vim faciat, siue turbet eum in possessione, (c) tum condemnet ipsum in id, quanti interest victoris, vim ei factam non esse: (d) tum etiam ut secundum receptum usum satisfactionem victori, de non turbando ipso in futurum, præstet. (e)

a) Hac enim duo probare tenetur actor, Ferrar. in form. libelli de turbata possessione, ad verb. Hodie tenent & possident. n. 1. Lanfranc. supra dict. loco n. 4. pag. 496. (b) arg. l. & ex diuerso. 35. §. 1. ibi, Iudex sententiã declarauit me esse, ff. de rei vind. & l. sicut 8. §. ut siquidem, ibi, sed, quæ est, declarari, ff. si seru. vind. (c) l. 1. in prin. & §. Est igitur ibi, ne vis fiat ei, & tot. tit. ff. uti possid. (d) l. 3. §. ult. ff. d. t. (e) De qua satisfactione duabus thesibus precedentibus.

Solet autem sententia concipi hac plerumque forma. In sachen A. zu B. Klägern eins/ gegen vnuud wider C. vom D. beflagten anders theils / ist nach
R § allem

allem fürbringen zu Recht erkennet/daß gemeltem C. von D. nicht gezimpt noch gebürt habe/gedachten Klägern in seiner possession, vel quasi, der Berechtigtheit zc. beklagter massen zu turbieren/noch verhindern/vnd daß er daruon abzustehn/vnnd den Kläger hinsüro in angezogner Berechtigtheit vnturbiert/vnd vnuerhindert zulassen/vnnd derhalben gnugsame caution zuthun/darzu ihm die auffgelauffne Kosten vnnd Schäden/auff Rechtliche messigung zuentrichten schuldig sey. Doch ihm beklagten sein Berechtigtheit vnnd Sprüch/ob er einige zuhaben vermeinte (wie sich in Recht gebürt) in petitorio außzuführen vnbenommen/sonder vorbehalten sein solle. *Sed hac reservationis clausula non semper adijci sententia solet.*

LX.

Quòd si vterq; litigator ita probarit (a) possessionem, vt non videat Iudex, vter eorum reuerà possideat, tum alteri alterum non condemnat, (b) sed pronunciat, vt vti possident, ita possideant, (c) tum etiam simul desiderat, (d) vt reus (e) conuentus vel satisfidet actori de re conseruanda, id est, nihil se deterius in re facturum, (f) & præstita hac cautione solus rem possideat; vel hanc satisfidationem ab actore accipiat, & in eum possessionem suam transferat, vt ita ad petitorium deueniant, & vnus petitoris, alter possessoris partes sustineat. (g)

a) *Interdictum vti possidetis est duplex, id est, vterq; litigator in eo Actor & Reus est, vterq; sibi possessionem rei, de qua agitur, adserit, vterq; possessionem suam vocat, vterq; se magis possidere affirmat, aduersarium autem possidere negat l. 2. in pr. vbi Cuiac. ff. de Interdict. & l. 1. §. Inter litigatores, ff. vti possid. Vnde vterq; etiam possessionem probat, l. 2. & l. 5. ff. de probat. l. queritur. 14. ff. de Carbon. Edict. (b) l. 3. in pr. ibi, neuter nostrum vincetur. ff. vti possid. vide Cuiac. lib. 5. obseru. cap. 22. (c) l. 1. in fin. & l. 3. in pr. ff. vti possid. l. vn. ibi, vti possidetis fundum de quo agitur, cum ab altero nec vi, nec clam, nec precario possidetis, Rector prouinciæ vim fieri prohibebit. C. vti possid. & ibi Donell. n. 22. idem Donell. lib. 15. Comment. cap. 32. pag. 479. vers. Quid ergo. Facit huc, quod Iudex secundum deducta in iudicio iudicare debet, l. vt fundus 18. ff. commun. diuid. c. sepè, §. verum, ibi, iuxta petitionis formam pronuntiatio sequi debet, tit. de verb. signif. in Clement. Cum igitur hic vterq; litigator sit actor, & vterq; possessionem probarit, vtriq; etiam Iudex possessionem adiudicare tenetur. Quæ huic pronunciato obstare videntur, ea diluit idem Donell. ad dict. l. vn.*

n. 24.

P.

n. 24. C. vti possid. (d) Iudicem desiderare vt hac satisfactio fiat, eamq; necessariam hic esse, patet ex d. l. vn. ibi, satisfactio formâ seruata cognoscet C. d. t. qui duo ablatiui tûm conditionem inducunt, vt & alibi, quæ pro forma & solennitate non leui habetur, proindeq; ad vnguem seruanda, Borcholt post alios de feud. cap. 3. n. 8. & 9. tûm adiecti verbo cognoscet, necessitatem hanc ipsi iudici imponunt, & demonstrant, quomodo iudex cognoscere de proprietate debeat, scilicet prius exacta illa satisfactio, quippè cûm qualitas adiecta dispositioni, prasumaturs adiecta causa demonstrationis l. vlt. S. Titia. in fin. ff. de liberat. leg. Br. ad l. cum pater, 77. S. mensa, ff. de Legat. 2. Iason ad l. Centurio, 15. n. 51. & ibi Ripa, n. 140. ff. de vulg. & pupil. substit. Menoch. conf. 106. n. 100. lib. 1. Et quia iudex iubetur etiam de proprietate rei cognoscere, in d. l. vn. C. vti possid. De hac autem cognitio fieri non possit, antequam certum sit, vter ex litigatoribus possideat, l. ordinarij 13. C. de rei vind. l. 3. C. de interdict. l. si quis ff. fin. regund. l. exitus, ff. de acquir vel amitt. poss. l. 1. §. 2. ff. vti possid. & S. Retinenda. Inst. de interdict. certè necessariò hic satisfactio modus adhibendus est, vt possessor certus constituatur. (e) Et si in interdicto vti possidetis vterq; litigator sit actor, d. l. 2. in pr. ff. de interd. attamen ratione processus, is maxime actor intelligitur, qui ad iudicium prouocauit, alter verò reus l. 2. in fin. ff. commun. diuid. Reo autem, qui etiam possidere in proposito casu videtur, prius offerenda est hac satisfactio, vt patet ex lul. Paulo. lib. 1. senten. tit. 11. in pr. l. 5. in pr. ff. de petit. hered. l. de bonis, 6. S. vlt. ff. de Carbon. Edict. l. ex libero, 15. S. vlt. ff. de quest. (f) Hanc esse satisfactioem, de qua agitur, in d. l. vn. C. vnde possid. conuincitur ex hoc Afconij, in 3. Act. in Verrem; Vindictiarum lis est, cum litigator de ea re apud Prætorum, cuius, incertum est, quis debeat esse possessor, & ideo qui eam tenet, satisfactioem pro præde vindictiarum, aduersario suo, quo illi satisfactio fiat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium est. Et de hac satisfactioem accipit quoq; d. l. vn. C. vti possid. Cuiac. ad dict. tit. 11. lib. 1. Pauli senten. & Eguinar. Baro lib. 6. manual. de interdict. vti possidetis. pag. 194. At Donell. ad d. l. vn. C. vti possid. n. vlt. & lib. 15. Comment. cap. 32. pag. 480. interpretatur, d. l. vn. de satisfactioem iudicatum solui. (g) d. l. vn. C. vti possid. quam legem & Donellus ibidem, vt & dict. cap. 32. ita accipit. At Cuiacius ad lul. Paul. dict. lib. 1. cap. 11. interpretatur eam legem de casu, quo vnus tantum hoc interdicto superior fuit. Veteres autem, quos etiam sequutus fuit Duar. lib. 1. disput. cap. 21. explicant istum locum de casu, quo reus succubuit, actor vicin; & tradunt, victori reum prestare satisfactioem teneri, per se in posterum non fieri, quò minus victor in futurum possessione liberè vtatur. At qui horum sententia hac prosternitur alternatione illa, vel transferendæ, quæ est in d. l. vn. C. vti possid. Argumenta quibus vtuntur, refutans

refutant Cuiac. ad dict. tit. 11. lib. 1. sentent. Pauli. Eguinar. Baro dict. lib. 6. manual. pag. 194. & seq. & Donell. ad dict. l. vn. num. 20. C. uti possid. Est & illud hic monendum, quod alij interpretantur in dict. l. vn. verba hac, vel transfere-
 rendæ possessionis, de sequestratione possessionis, quos refert Menoch. dict. Remed. 3. num. 742. & inter hoc est etiam Robert. Aurel. lib. 3. sentent. cap. 21. Quodq; alia etiam Interpp. iudicia sunt de Iudicis officio, in casu, quo dubium est, vter ex litigatoribus rem possideat, vt ostendit Menoch. dict. Remed. 3. n. 743. 748. 755. 758. 762. & 775.

LXI.

Hæc de vi turbatiua, quæ obijcitur possidenti rem soli; Quæ inferitur possessori mobilis rei, hoc duntaxat ab illa differt, quod hæc aliam actionem possessori turbato tribuit, puta, interdictum vtrubi, (a) quo etiam interdicto hodie vincit ille, qui tempore litis contestatæ rem nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario possidet, licet ab alio ita possideat. (b)

a) l. vn. ff. vtrubi, & S. retinenda, & S. sed interdicto, Inst. de interdict. Menoch. de retinend. poss. remed. 2. (b) dict. S. sed interdicto vers. hodie tamen Inst. d. t.

LXII.

Interdicturus vtrubi, etiam ad exhibendum agere potest.

l. 3. S. sed etsi quis 5. iuncto S. Pomponius. ff. ad exhib. Cuiac. lib. 5. obseru. cap. 23.

LXIII.

Quæstio hic anceps (a) incurrit, an qui hoc vtrubi, vel illo vti possidetis interdicto agit, cumulare cum alterutro petitorium possit? Negatiuæ patrociniū pollicemur, si purè vtrumque proponatur; (b) Idem & affirmatiuæ non denegamus, (c) si sub alternatione proponatur vtrumque. (d)

a) Vide Menoch. dict. remed. 3. num. 511. & seqq. Lanfranc. ad Rubr. extra. de caus. poss. & propr. vers. His ita expeditis, num. 12. & seqq. Zas. ad d. S. si minus. Inst. de Act. & Donell. ad l. 3. C. de interdict. (b) l. 3. C. de interdict. l. ordinarij. C. de rei vind. l. 2. C. quor. bonor. (c) l. naturaliter 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. poss. c. cum dilectus. extra. de caus. poss. & propr. (d) l. 1. S. quia autem. ff. quod legator. & l. contra. C. de inoff. test. Bart. ad l. 1. C. de furt. Cuiac. lib. 7.

67.

lib. 7. obseru. cap. 38. & in lib. 26. quaestio. Papin. pag. 41. & seq. VVesenbec. consil. 7. n. 2. part. 1. vide Fachineum, lib. 8. controuer. cap. 6.

LXIV.

Quod attinet vim, quæ superficiario in superficij possessione obijci-
tur, videndum primò, quid superficies, quis item superficiarius: tum
quomodo ius superficij acquiratur, & quæ potestas in eo data sit su-
perficiario: tum etiam quæ actio superficiario competat, si in super-
ficij possessione ab aliquo turbatur.

LXV.

Superficies est, quod supra solum ædificatum, (a) vel solo im-
plantatum, aut in eo satum est, vt, seges est superficies campi frumen-
tarij, & vinea soli. (b) Eodem quoq; sensu dicitur superficium, (c)
sicut ædificium, quamuis aliud sit superficium, aliud ædificium, si-
quidem ædificium comprehendat & superficium & solum; (d) &
eiusmodi ius habendi superficiem in solo alieno est seruitus quædam,
(e) quam qui habet, superficiarius appellatur, (f) qui quasi inqui-
linus est. (g)

a) l. vlt. ff. de superficieb. (b) l. certo generi, 13. ff. de seru. rust. præd. (c)
l. si ex lapidicinis, 32. ff. de Iur. dot. Cuiac. ad l. vnus ex dominis, 2. ff. de seruitut.
(d) l. eum qui, 23. ff. de vsucap. l. solum, 49. ff. de Rei vind. (e) l. si tibi, 86. §.
vlt. ff. de leg. 1. Cuiac. in lib. 19. Paul. ad Edict. pag. 268. & in lib. 21. pag. 333.
col. 2. & ad l. 2. ff. de seruitut. (f) l. 1. §. is autem, 4. ff. de superfic. (g) l. 3.
§. pen. ff. de nou. oper. nunc.

LXVI.

Hoc autem ius comparari solet in alieno solo, vel emptione, vel
conductione, (a) certâ mercede domino constitutâ, quod solari-
um appellatur. (b) Et si constitutum fuerit hoc ius in perpetuum,
vel ad tempus non modicum, tum superficiarius ipsi superficio im-
ponere seruitutem potest, & personalem & realem; (c) potest item
alij tradere, legare, donare. (d) Quinetiam datur superficiario non
modò vindicatio seruitutum superficiei debitarum, (e) sed & actio
in rem, (f) etiam publiciana, (g) quâ à possessore suam superfici-
em vindicet.

S

a) l. 1.

a) l. 1. §. 1. & §. si soli. ff. de superfic. (b) l. Prætor ait, 2. §. si quis, ne-
mine, ff. ne quid in loc. publ. l. etiam superficies 15. ff. qui pot. in pig. hab. l. cum
seruus. 39. §. heres. ff. de Leg. 1. l. usufructu. 7. §. hætenus. ff. de usufr. vbi malè
legitur salarium, pro solarium; (c) l. 7. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. 1. §. vlt.
ff. de superfic. Non modicum tempus est, tempus 10. vel 20. annor. vel quamdiu
vixerit superficiarius. Cuiac. in lib. 21. Paul. ad Edict. pag. 333. col. 2. (d) l. 1.
§. sed & tradi, ff. de superfic. De membris huius thes. vide quoq; Menoch. de retin.
poss. remed. 4. (e) d. l. 3. §. vlt. ff. de oper. nou. nunc. (f) d. l. 1. §. 3. & 4. ff.
de superfic. (g) leg. cum sponsus 12. §. in vectigalibus, ff. de Public. in rem
actione.

LXVII.

Actio, qua superficiarius in possessione superficij contra vim
turbatiuam se tueri potest, est interdictum de superficie, quod distin-
ctum quidem est ab interdicto vti possidetis, (a) sed eius exemplo
est propositum, proindeque, vt illud, duplex est. (b)

a) l. 1. §. sed si supra ades, vers. Caterùm, ibi, superficiarij proprio interdi-
cto, ff. vti possid. (b) l. 1. §. proponitur. ff. de superfic.

LXVIII.

Et quia hoc interdictum exemplo interdicti vti possidetis com-
paratum est, iccirco superior in eo erit ille, qui tempore litis conte-
stata superficiem nec vi, nec clam, nec precario possidet, (a) & ma-
ximè Iure Canonico, si eius possessio fuerit antiquior. (b)

a) §. sed interdicto, vers. hodie tamen. Inst. de interdict. (b) c. licet cau-
sam extra. de probat.

LXIX.

In quaestionem autem vocatur, an qui hoc interdicto agit, iustæ
possessionis causam probare teneatur, nec ne? Nos probata Bartoli
distinctione, (a) id negandum putamus, si superficiarius contra
tertium agat; affirmandum verò, si experiatur contra ipsum domi-
num soli. (b)

a) ad l. 1. §. proponitur. ff. de superfic. quam refert Menoch. de retin. poss.
remed. 4. num. pen. & vlt. (b) per tex. in l. 1. §. 1. ff. de superfic. & in l. 1. in
fin. ibi, vt si quis possidet vi, aut clam, aut precario, si quidem ab alio, profit ei
possessio, si verò ab aduersario suo, non debeat. Et l. 3. in prin. ibi, tu vi, aut clam,
si à me

si à me possides, superior sum interdicto, ff. vii possid. iunct. d. l. 1. §. proponitur, ff. de superfic. Et secundum distinctionis membrum primum, exaudiendus fortassis est Eguinar. Baro lib. 6. manual. tit. 18. vbi generaliter scribit, non exigi à superficario probationem iusta causa possessionis.

LXX.

Sequitur de vi, quæ obijcitur illi, qui quasi possidet (a) seruitutem rusticam; veluti iter, actum, viam, (b) aquæ ductum, (c) aquæ haustum, pecoris ad aquam appulsum; (d) tum etiam, qui quasi possidet seruitutem urbanam cloacæ; (e) quarum seruitutum quasi possessio in vsu earum consistit; (f) & interdicta, quæ ipsarum nomine competunt, ad prohibendam vim, & retinendam quasi possessionem, interdicta veluti possessoria à Iauoleno Iureconsulto appellantur. (g)

a) Seruitutum quasi possessio est, l. si quis diuturno 10. ff. si seru. vind. (b) tot. tit. ff. de itin. act. priu. (c) tot. tit. ff. de aq. cottid. & astiu. tot. tit. ff. de Riuis. (d) l. vn. ff. de fonte, (e) tot. tit. ff. de cloacis. Ius cloacæ immittenda est seruitus prædij, non hominis, l. ius cloacæ 7. ff. de seru. & quidem urbana, si ex adib. in edes pertineat. Gaius libr. 2. Instit. tit. 1. §. prædiorum urbanorum. Est tamen seruitus quoque rustici prædij ex Neratij sententia l. 2. in princ. vbi Cuiac. ff. de seru. præd. rust. (f) l. quoties. ff. de seruitut. (g) d. l. quoties. ff. d. t.

LXXI.

Quasi possidenti iter, actum, aut viam, duo interdicta prohibitoria à iure tributa sunt: vnum de retinendo vsu itineris, actusque priuati, & viæ: (a) alterum de itineris, actusque refectione. (b)

a) l. 1. ff. de itiner. actuque priu. (b) l. 3. §. ait Prator & §. seq. ff. dict. tit.

LXXII.

Prius datur illi, qui hoc anno eiusmodi seruitute vsus est, (a) & quidem suo iure, (b) modò nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario sit vsus, etiam si non eo tempore, quo agitur interdicto, sit vsus, si tamen non paucioribus quàm triginta diebus sit vsus. (c)

a) d. l. 1. in princ. & §. 2. & seqq. ff. de itin. act. priu. (b) l. vlt. ff. d. t. (c) d. l.

(c) *d. l. 1. §. 2. ff. eod. tit. De hoc interdicto varias quaestiones cumulavit & resoluit, Menoch. de retin. poss. Remed. 5.*

LXXIII.

Posterius interdictum de refectione itineris actusque competit ei, qui per vim impeditur, quò minùs iter actumque suum reficiat, modò nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario vsus sit, (a) & ius reficiendi habeat, id est, vt seruitus ei debeat, (b) nec quicquam contra leges impositæ seruitutis faciat, (c) tum etiam damni infecti aduersario caueat. (d)

a) *l. 3. §. ait Prator. & §. seq. ff. de itin. act. priu.* (b) *d. l. 3. §. hoc autem. ff. d. t.* (c) *d. l. 3. §. fieri autem. ff. eod. tit.* (d) *d. l. 3. §. ait Prator. ff. dict. tit.*

LXXIV.

Quasi possidenti aquæductum duo genera interdictorum comparata sunt; vnum de vsu aquæductus, alterum de refectione eiusdem. De vsu aquæductus tria interdicta competunt; primum de aqua cottidiana, vt quæ assiduè dari potest & solet; (a) alterum de aqua æstiuâ, quæ aut natura sua duci non potest, nisi æstate, aut æstate tantùm duci locis, in quæ ducitur, expedit; (b) tertium de vsu aquæ, ex castello ducendæ, id est, ex receptaculo, quod aquam publicam suscipit. (c)

a) *l. 1. in pr. & §. 2. & l. de interdicto. ff. de aqu. cottid. & æstiu.* (b) *d. l. 1. §. 2. & §. deinde ait. & §§. seqq. ff. eod. tit.* (c) *l. 1. §. ait Prator 38. & §§. seqq. ff. dict. tit. De tribus his edictis vide latè differentem Menoch. de retin. poss. Remed. 6.*

LXXV.

Interdictum de aqua cottidiana datur ei, qui aquam hoc anno nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario ex fluminis, aut fontis, vel lacus capite duxit, ad hoc, ne illi vis fiat, quò minùs ita ducat.

d. l. 1. in pr. & §. hac interdicta 7. & §. seq. ff. dict. tit.

LXXVI.

Interdictum de aqua æstiuâ tribuitur illi, qui æstiuam aquam priori æstate nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario ex fluminis, aut

B.

aut fontis, aut lacus capite duxit, ad hoc, ne vis ei fiat, quò minùs ita eam aquam ducat.

d. l. 1. §. deinde ait Prætor, iunct. §. hac interdicta, & §. seq. ff. eod. tit.

LXXVII.

Interdictum de usu aquæ ex castello ducendæ, competit ei, cui ducere permissum est ab eo, cuius eius rei ius fuit, ad hoc, ne ei vis fiat, quò minùs ita, vt permissum est, ducat.

d. l. 1. §. ait Prætor, quo ex castello ff. d. t.

LXXVIII.

De refectione aquæ ductus interdictum conceditur illi, qui hoc anno nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario aquam duxit, si riuos, specus, septa, aquæ ducendæ causa reficere, purgare impediatur, ad hoc, vt aduersarius à vi illa desistat, modò actor non aliter aquam ducat, quàm vt priùs duxit.

l. 1. & tot. tit. ff. de riuis. De hoc etiam interdicto fusiùs edisserit Menoch. de retinend. poss. Remed. 7.

LXXIX.

Qui hoc interdicto vtitur, de damno quoq; infecto cauere aduersario tenetur.

l. 3. §. pen. ff. de Riuis.

LXXX.

Quasi possidenti aquæ haustum, & pecoris ad aquam appulsum, si ei vis in quasi isthac possessione obijciatur, duo interdicta tribuuntur: vnum de usu fontanæ aquæ, alterum de fontis refectione. Prius competit ei, qui fonte, puteo, piscina, lacu, ad aquam viam hauriendum, eaque vtendum hoc anno nec vi, nec clàm, nec precario ab aduersario usus est, si aquam haurire, vel pecus ad aquam appellere prohibeatur, ad hoc, vt aduersarius deinceps vim facere desinat.

l. vn. in pr. & §. 1. 2. 3. 4. & 5. ff. de fonte. De hoc interdicto vide Menoch. de retinend. poss. Remed. 8.

LXXXI.

Posterius interdictum conceditur illi, qui hoc anno nec vi, nec clàm,

S 3

clàm,

clàm, nec precario superioribus aquis ab aduersario vsus est, si fontem, lacum, puteum, piscinam purgare, reficere prohibeatur, ad hoc, vt aduersarius ab hoc suo impedimento abstineat, dum non aliter actor aqua vtatur, quàm prius ea fuit vsus.

d. l. vn. §. Deinde ait Prator. & §§. seqq. ff. de fonte.

LXXXII.

Paucis iam de vi, quæ possidenti cloacam obijcitur. Cloaca est locus cauus, per quem colluuiæ aliqua fluit, (a) cuius appellatione etiam tubus & fistula continetur; (b) Eaque duplex est, publica & priuata. Publica, per quam publicæ sordes fluunt. (c) Priuata, quæ à nostris ædibus immittitur, & pertinet in ædes alienas. (d)

a) *l. 1. §. cloaca. ff. de cloac.* (b) *d. l. 1. §. cloaca 6. ff. eod. tit.* (c) *d. l. 1. §. pen. & vlt. ff. d. r.* (d) *l. 1. ius cloacæ 7. vbi Cuiac. ff. de seruitut.*

LXXXIII.

Quòd si possidenti ius cloacæ priuatae vis fiat, à vicino etiam vltiore, in cuius ædes pertinet, quò minùs eam purgare, reficere possit, interdicto se tueri potest; modò damni infecti nomine aduersario caueat, si in ipsius ædes veniendum sit, & pauimenta, purgandæ cloacæ gratia, rescindenda.

l. 1. in pr. & §. 2. 3. 5. 8. 10. 11. 12. & 14. & l. 2. ff. de cloac. Cæpol. de seru. vrb. præd. cap. 48. num. 13.

LXXXIV.

Et quia cloacæ purgatio & refectio, ad publicam vtilitatem & salubritatem ciuitatum spectare videtur, siquidem & cælum pestilens, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, iccirco hoc interdicto experiri potest etiam ille, qui vi, clàm, aut precario cloacæ vsus habet.

dict. l. 1. §. 2. & §. quia autem 7. & l. vlt. ff. dict. tit. Cæpol. dict. cap. 48. num. 5.

LXXXV.

Ex eadem causa & illi interdictum datur, qui quò minùs priuatam suam cloacam in publicum immittat, prohibetur: aut prohibetur

tur quo minus priuatam faciat cloacam, vt exitum habeat in cloacam publicam; (a) Nouam tamen cloacam in publico qui facere vult, eius primùm, cui viarum publicarum cura est, licentiam impetrabit. (b)

a) *dict. l. 1. §. idem Labeo 9. ff. eod. tit.* (b) *l. vlt. ff. dict. tit. Cæpoll. dict. cap. 48. num. 4.*

LXXXVI.

Sed quo iuris remedio se tueri quis possit, si vtî prohibeatur cloaca, quam in proprijs habet ædibus, aut in ædibus alienis, quæritur? Et quòd interdicto vtî possidetis vsum cloacæ in proprijs quam habet ædibus defendere queat, (a) iure ædium suarum, quarum pars est cloacæ locus, arbitramur; (b) sed quam habet alienis in ædibus, actione confessoria retinere possit, (c) non interdicto vtî possidetis, sentimus. (d)

a) *Donell. lib. 15. Comment. cap. 32. pag. 481. vers. cognito interdicto.* (b) *l. eum qui 23. ff. de usurpat. & vsucap.* (c) *Donell. lib. 15. Comment. cap. 33. pag. 486. lin. 4. & seqq.* (d) *l. 1. in prin. vers. de cloacis, ff. vtî possid. possessio cum sit certa, nullum de ea potest esse iudicium possessorium. Certum autem est, quòd locum cloacæ possideat is, in cuius ædibus est. l. 4. in pr. ff. si seru. vind.*

LXXXVII.

De publica item cloacâ comparatum est restitutorium interdictum aduersus eum, qui quid in cloaca publica factum, siue quid in eam immissum habet, quòd vsus eius deterior sit, fiat, vt id restituat.

d. l. 1. §. pen. & vlt. ff. de cloac.

LXXXVIII.

Dehinc nobis edifferendum de vi, quam vocant inquietatiuam, (a) quæ est delictum, (b) quod committitur opere vi aut clam factò in alicuius solo proprio, vel cuius duntaxat possessionem siue vsum habet, cuiusque nomine comparatum est interdictum, quod vi aut clam. (c)

a) *gl. ad l. exstat 13. in verb. non habebit, & ibi, Bart. ff. quod met. caus. Menoch. de recup. poss. in pralud. num. 43.* (b) *per l. 3. in pr. ibi, ergo factò magis tuo delinquentis, quàm alieno acquiritur mihi actio, & l. semper 15. §. si in sepul-*

sepulchro. ff. quod vi aut clam. Facit item hoc, quod interdictum ex hac vi, quod competit, concurrit cum interdicto uti possidetis. l. de pupillo. §. §. meminisse, vers. & si forte. ff. de oper. nou. nunc. Interdictum autem uti possidetis est ex delicto, ut supra suo loco ostensum fuit. Denique, hanc tenet sententiam Donell. dict. lib. 15. cap. 34. pag. 494. (c) tot. tit. ff. quod vi aut clam.

XIC.

Duplex autem inspectio circa hoc interdictum incurrit: una de causa huius interdicti: altera de eius effectu & potestate.

XC.

Causa huius interdicti his rebus quatuor continetur; ut opus sit factum; ut illud factum sit in solo; ut opus factum noceat; ut factum sit vi aut clam.

Donell. lib. 15. Commen. cap. 34. pag. 487.

XCI.

Opus facere dicitur, qui rei faciem aut naturam mutat, vel inferendo immittendo uel in eam rem, aut de ea detrahendo, aut inuertendo eam.

Donell. dict. loco.

XCII.

Inferendo mutatur facies rei, & fit opus, si quid ædificetur in solo, (a) vel si quis agrum pastinando lapides tollat, & proijciat in prædium vicini; si terram, si fimum in vicini locum congerat. (b)

a) l. si alius. 7. §. ait. & §. bellissimè, l. is qui 11. §. interdictum, l. semper, 15. §. hoc interdicto, ff. quod vi aut clam. (b) d. l. semper, 15. §. 1. & seq. d. l. si alius, 7. §. si quis aceruum. ff. d. t.

XCIII.

Naturam rei inferendo mutat, qui in puteum vicini aliquid effundit, & hoc facto aquam corrumpit.

l. is qui. 11. pr. ff. eod. tit.

XCIV.

Detrahendo facit opus, qui ædificium demolitur, qui tegulas de ædificio aufert, qui aliud quid ædificio adfixum auellit, qui arbores succidit, qui ramos defringit.

d. l. si alius, 7. §. nota uimus, §. ult. l. namerigo, 5. & l. seq. ff. h. t.

Inuer-

XCIV.

Inuertendo facit, qui agrum arat, qui fossam facit, &c.

d. l. si alius 7. §. pen. l. nam et stramos 9. §. vlt. l. vlt. §. 1. ff. eod.

XCVI.

In solo autem opus fieri dicitur, non modò quod ipsum solum tangit, sed & quod fit in superficie soli, veluti ædificio, aut arbore, (a) nam & hæc pars soli sunt: (b) vel quod fit in loco cœli vacuo, qui solo imminet, veluti si proiectum vel stillicidium immittatur ædibus supra solum alienum. (c)

a) *d. l. si alius 7. §. notauimus. §. vlt. & 2. ll. seqq. l. vlt. §. 1. ff. quod vi aut. clàm.* (b) *l. qui res §. aream. ff. de solut. l. fructus pendentes. ff. de rei vindic.* (c) *l. vlt. §. pen. ff. quod vi aut clàm.*

XCVII.

Nihil autem refert solùm sit priuatum vel publicum, purum vel religiosum aut sacrum.

l. vi facit 20. §. vlt. l. is qui 11. §. 1. ff. quod vi aut clàm.

XCVIII.

Opus item factum vt noceat, hîc desideratur, vt antea memini. Qui enim agrum tempestiuè arat, qui macrum agrum, non pinguem, stercorat, qui cæduam siluam maturam non immaturã cædit, hoc interdicto non tenetur.

d. l. si alius, 7. §. si quis aceruum, & l. si immaturam, 18. ff. quod vi aut clàm.

XCIX.

Desideratur deniq; (vti dixi) vt opus factum sit vi aut clàm. (a) Vi facere dicitur, qui prohibitus, contrà, quàm prohiberetur, facit; (b) qui item dolo malo consecutus est, ne prohiberetur, periculo (puta) aduersario denunciando, aut ianua præclusa. (c)

a) *l. 1. in pr. & tot. tit. ff. quod vi aut clàm.* (b) *d. l. 1. §. quid sit vi factum, §. & §§. seqq. ff. d. t.* (c) *l. vi facit 20. in pr. & d. l. 1. §. sed & Aristo. §. ff. eod. tit.*

C.

Neq; refert, quis prohibuerit; siue enim ipse dominus soli prohibuerit, aut is, cuius interest, siue extraneus quiuis, siue seruus domini, siue procurator, siue mercenarius, amicus, hospes, inquilinus, colonus uè, locus est huic interdicto.

l. 3. in pr. & l. interdictum, 17. ff. h. t. l. si procurator, ff. de oper. nou. nunc. l. per procuratorem 72. ff. de Procurator.

CI.

Istamen, cui post prohibitionem ab aduersario permissum est facere opus, aduersus eum, qui utitur interdicto, exceptione se tueri potest: (a) ut & ille, qui satis offert de opere futuro, & defendere iudicio paratus est, si quis agat; (b) tùm etiam is, cui Prætor operis noui nunciationem missam fecit. (b)

a) l. 3. §. illud. & d. l. vi facit, 20. ff. quod vi aut clàm. (b) d. l. 3. §. si quis paratus, ff. dict. tit. (c) dict. l. si alius 7. §. ait Iulianus, ff. eod. tit.

CII.

Clàm facere dicitur, qui aduersarium, cuius controuersiam metuebat, aut metuere debebat, ignorantem celauit, quod facturus erat, & ita eo ignorante facit.

l. 3. §. pen. & vlt. l. 4. l. 5. ff. quod vi aut clàm. vide Donell. lib. 15. Commen. cap. 34. pag. 489. vers. Clàm fecisse.

CIII.

Et licèt quid & vi & clàm fiat in eodem opere, interdictum tamen hoc sua disiunctione sufficit.

l. is qui puteum 11. §. interdictum 5. ff. quod vi aut clàm.

CIV.

Effectum & potestatem huius interdicti quod attinet, spectandum hinc, tùm ad quid detur hoc interdictum, tùm cui & aduersus quem competat.

CV.

Datur autem hoc interdictum, ut, quod vi aut clàm factum est, restituatur, ut in omni causa eadem conditio sit actoris, quæ futura esset, si id opus, de quo actum est, neq; vi neq; clàm factum esset. Unde ex hoc interdicto æstimatur lis, quanti actoris interest, opus factum non esse, id est, ut, quicquid ex eo opere damni fuerit, id sarciat.

d. l. semper, 15. §. hoc interdicto, & §. vlt. & l. is qui 11. §. quod ait, ff. quod vi aut clàm.

CVI.

Quòd si reus contumax non restituat, cùm possit, aut dolo malo facit,

TURBATIVA, ET INQUIETATIVA. 33

facit, quo minùs restituere queat, tùm id, quod interest, iureiurando actoris in litem æstimatur: sin tantùm eius culpa non fiat restitutio, tunc solùm æstimatur id, quod verè agentis interest.

d. l. semper 15. §. sed quod interfuit, & duob. §§. seqq. ff. d. t. l. 2. §. 1. & l. in actionibus, ff. de in lit. iurando.

CVII.

In id tamen, quod interest, competit hoc interdictum duntaxat intra annum: post annum etiam de eo, quod factum est, causa cognita, competit.

d. l. semper 15. §. hoc interdictum, & trib. §§. seqq. ff. h. t.

CVIII.

Tribuitur verò hoc interdictum illi, cuius interest, opus factum non esse, (a) etiam si locum non possideat, vt colonus: (b) quippe cùm etiam de opere facto in loco publico aut religioso detur. (c)

a) *d. l. is qui 11. §. si fundus, & l. deniq. 13. §. si ex socijs. l. ff. Quod vi aut clam.* (b) *l. competit 16. in pr. & l. is qui 11. §. ego si post 12. vers. Ergo & si conduxit. ff. d. t.* (c) *d. l. is qui 11. §. 1. & 2. & l. semper 15. §. si in sepulchro. ff. eod. tit.*

CIX.

Competit autem non modò aduersus eum, qui fecit, vel iussit fieri, vel suo nomine factum ratum habuit; (a) sed & contra eum, qui factum habet, etiam si eo inuito sit factum: sed ad hoc solum, vt restituendo operi patientiam præstet. (b)

a) *l. 5. §. hac verba, & §. pen. & vlt. & l. seq. ff. Quod vi aut clam.* (b) *l. semper 15. iuncta l. si alius 7. in pr. & l. deniq. 13. §. vlt. ff. d. t.*

CX.

Datur quoque hoc interdictum in successores, in id, quod ad eos peruenit.

d. l. semper 15. §. hoc interdictum. ff. h. t.

CXI.

Etsi autem ambo, qui iussit fieri, & qui ex iussu fecit, teneantur, & quidem in solidum, vt vnus conuentio alterum non liberet; attamen quod vnus præstitit, alterum releuat.

l. 6. & l. semper 15. §. si in sepulchro. ff. eod. tit.

T 2

Quòd

CXII.

Quòd si duo ita mandent, vt primus mandet secundo opus fieri, & secundus huius nomine mandet tertio, tunc omnes hæ personæ tenentur, sed vno ex his satisfaciente, cæteri liberantur.

l. 6. ff. d. t. Sed obstare videtur l. aut qui aliter §. S. similiter. vers. & tibi mandauero. ff. eod. Verùm sententiam eius versiculi statim §. seq. corrigi, atque ibi, pro, & cum, legendum esse, sed cum, sentit Donell. lib. 15. Comment. cap. 34. pag. 493. vers. Competit hoc. Idq; argumento d. l. 6. seq. ff. eod. tit

CXIII.

Est denique & illud hîc monendum, duas exceptiones contra hoc interdictum reo comparatas esse; quarum vna est, si actor priùs quid vi aut clàm fecit in opere, de quo agitur: altera, si quis incendij oborti, à suis ædibus arcendi causa vicini ædes interciderit, & quod vi aut clàm cum eo agatur.

l. si alius §. S. bellissimè, & §. est & alia exceptio, & l. vlt. §. si adianuam. ff. Quod vi aut clàm, vide Donell. lib. 15. Commentar. cap. 34. pag. 491. vers. Est ergò in summa.

FINIS DISPV TATIONIS

QVINTA.

Ka 3071

(3/4)

ULB Halle

3

003 261 573



sb

Einband. 3/1.





Disputatio V.

DE VI EXPULSIVA, TUR-
batina, & inquietatua,

QVAM,

A. C.

P R E S I D E,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQUE VIRO, DN.

HENRICO BOCERO, V. I. D. EXIMIO,

& in celeberrima Tubingensium Academia Iuris Feudalis interprete

ordinario, Praeceptore & patrono suo summa fide

obseruantiaq, colendo,

ORDINARIJ EXERCITII GRATIA,

horá locoq,ue consuetis, pro ingenij tenuitate

defendere conabitur

M. GEORGIUS THVMAS,

Stutgardianus.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium,

ANNO M. D. XCVIII.

P

